

nobilis illa basilica in honorem magni Antonii de Padua dedicata. Domum pro conventu inchoando coëmi curavit prænobilis dominus de Westphalen, diæcesis Paderbornensis satrapa provincialis, vulgo Landtdrost, in qua usque ad annum 1690 substiterunt, donec tandem reverendissimus sacri Romani imperii princeps Placidus L. Baro a Droste ex Erwitte, abbas Fuldensis, conventum modernum à fundamentis exstrui et perfici curavit; in quo etiamnunc ipsi patres cum multiplici religionis incremento degunt, Deo incessanter psallentes, sibi que et proximo servientes.

Atque hæc sunt, benevole lector, quæ ad tui tuorum-que utilitatem scriptis reliquit admodum reverendus dominus Jodocus Mattenkloidt concivis tuus, canonicus regularis in Bædeken. Promisit quidem in frontispicio suorum M. S. duo capita, videlicet de illustribus viris et privilegiis urbis Gesecæ addere et sic totum tractatum complere; ast ut jam in præmio dictum, curis parochialibus in Unna præpeditus et morte præmatura præventus, juste, quamvis illubenter desiit. Accipe igitur partum hunc, qualiscunque is demum fuerit, ex eodemque majorum tuorum præclare gesta lege et imitare ac in seros annos sanus vive et canus⁴⁸⁾ vale.

Finis.

⁴⁸⁾ carus A. — Zum Schlusse folgt noch eine ziemlich lange Dithyrambe überschrieben: Laus urbis Gesecæ, die wir aber, als für die Geschichte gleichgültig weglassen.

XIV.

Urkunden-Nachlese.

Unter dieser Rubrik werden wir von Zeit zu Zeit einzelne Urkunden mittheilen, welche entweder durch ihre Fassung, durch Rechtsformen, durch ältere geschichtliche Thatsachen oder durch genealogische Materialien interessant sind, aber in dem Urkundenbuche des Herausgebers keine Stelle finden konnten.

1.

1231 bekundet Propst Gottfried zu Soest, einen Vergleich zwischen Hartmod v. Ion und Hermann v. Senden, über eine Mühle zu Soest und Güter zu Kaldehof, Kellinghausen, Anröchte und Spechteshart.

Nach dem Orig. in der Urk. Samml. Seibertz zu Wilbenberg.

In nomine sancte et individue trinitatis. Ego Godefridus dei gratia Sosatiensis prepositus omnibus in perpetuum. Deperire possunt contractus hominum processu temporum si robur non habeant litterarum. Notum sit igitur tam presentibus quam futuris quod cum Hartmodus miles de Ion ex una parte et Herimannus de sendene ex altera nomine uxoris sue super quibusdam bonis videlicet molendino quod est (in) opido Sosatis et quadam curte que dicitur Kaldehof feodalibus cum omnibus ad ea spectantibus et aliis prediis videlicet Kellinghusen et Anröchte non iure feudali sed iure proprietario ad nostram dignitalem pertinentibus pridem litigassent placuit eisdem bonum pacis quod mediantibus bonis et honestis uiris ordinantes confirmauerunt hoc modo. Prenominatus H. de sendene contradit prelibato H. militi XXV marcas pro XV marcis et dimidia assignans eidem mansum in Spechteshart et mansum in bochouen ut

ab actione quiesceret et bonis eisdem cum uxore et filiis renunciaret, quod idem H. coram nobis in figura iudicii et foro Sosatiensi fideliter adimpleuit. Sane ne quippiam negligentia preterirent iterato ad nostram uenientes presentiam tamquam ad principale, supradictam profitentes ordinationem nostram postulauerunt auctoritatem ut eorum inclinaremur uoluntati pariter et paci. Quod facientes uicti pace precioque XX marcarum sepius iterata bona totiens dicto H. de sendene et uxori eiusdem paruoque eorum immo uice parui patris sepe dicti H. militi de Sendene quia pusillus non aderat concessimus iure feudali perpetuo possidenda. Ita tamen ut eadem femina Vda conditionis sue mutans originem nostra cum liberis suis ministerialis efficeretur, quia non aliter ius ad eadem bona ualeret adipisci, quod ita factum est. Vt igitur actio talis inconuulsa permaneat eam presenti scripto cum impressione sigilli nostri pace perpetua communimus. Acta sunt hec anno domini M^o. CC^o. XXXI^o. regnante Friderico imperatore et archiepiscopo Coloniensi Hinrico. Testibus hiis presentibus, preposito Hinrico de sancto Seuerino coloniensi, Hermanno canonico Sosaciense et iacobo de aslen eiusdem ecclesie canonico, Theoderico de bilsthene, Gozwino uillico et roberto iudice Sosaciense, theoderico de heldene et Heribordo fratre eius militibus, heindérico de thunen et theoderico de lethen, Wolthero aduocato et theimone et theoderico militibus Sosaciensibus, Gerharo de medebeke, Rodolpho et Godescalco fratre eius de eruethe, Johanne de huuele, Riguino marscalco, Heinrico et conrado de anlagen, Alberto valkenere, Johanne de alta porta, Conrado de brunwerdinchusen, Radolfo supra rium et theoderico fratre eius et aliis quam pluribus. ¹⁾

¹⁾ An der pergamentnen Urkunde ist das in weißem Wachs abgedruckte Siegel des Propsts, mit roth seidenen Strängen befestigt. Es stellt in elliptischer Form eine Figur in weitem Gewande dar, welche in der Linken ein Buch, in der Rechten einen Palmzweig hat. Die unbedeutlich gewordene Umschrift scheint folgende zu sein: Godefridus Patrocli Prepositus Susatiensis.

2.

1243. März 8. sichert die Stadt Smalenberg dem Hause des Ritters Johann Kolven Freiheit von bürgerlichen Lasten zu, weil durch seine Vermittelung bei Befestigung der Stadt, das dortige erzbischöfliche Castrum davon war getrennt worden.

Nach dem Orig. im Archive des Klosters Graffchaft.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Vniuersis xpi. fidelibus hoc presens scriptum inspecturis. Regenhardus magister burgensium. Consules et vniuersitas ciuium in Smalenburg. In perpetuum. Ne presentis temporis negotia consumat obliuio litterarum et testium adiuuantur testimonio. Nouerit igitur presens xpi. fidelium etas et succedentium futura posteritas quod nos de uoluntate et unanimitate consensu. Johanni militi dicto koluen procuratori domini coloniensis apud nos Smalenburg et suis heredibus, aream suam et mansionem in qua manet, infra opidum nostrum iam dictum liberam relinquimus ab omni censu et pensione ciuitatis nostre de qualibet area contingentem quantum in nobis est. et renuntiamus expresse omni iuri quod in ipsa area vel mansionem, tam in vigiliis quam in exactionibus vel communibus expensis faciendis, quocumque modo habere consueuimus ex antiquo. Hac uidelicet Ratione, quod per ipsius adiutorium et labores nobis apud dominum nostrum coloniensem obtinebatur ut constructa munitione inter Castrum et opidum, Castrum a nobis excluderemus. Vnde nobis cottidie et maxime tempore Guerre periculum rerum nostrarum et vite, quia nec edificiis nec Castrensibus erat munitum, uidimus imminere. Cupientes igitur hoc factum nostrum publicum rationabili memorie commendare, presentem paginam conscriptam. Sigilli nostri inpressione fecimus Roborari. Datum et actum anno dni. Millesimo. Ducentesimo. XL^o. tertio. V^o. Nonas Martii. Coram vniuersitate ciuium. ²⁾

²⁾ An einem durchgezogenen Pergamentriemen hängt das alte Smalensberger Stadtiegel in weißem Wachs. Seiberg Urk. Buch III. Tab. VIII Nr. 3. Auf dem Rücken der Urkunde steht: De libertate Curie nostre in Smalenburg. Das Kolvensche Haus kam also wohl später an Graffschaft.

3.

1245. Juni 15. bekundet Heinrich von Gottes Gnaden Vogt und Obercastellan zu Volmekeim, in einem Gerichtsheine, wie dem Hermann v. Die, ehemals Uillicus (Meyer) in Schwelm, ein wüßtes, von ihm neu cultivirtes Vorwerk des Haupthofes Schwelm, von dem Schulden Thiderich v. Honschede, gegen eine Abgabe von 18 Denaren an den Haupthof, mit Zustimmung der Hofesfamilie, erblich überlassen sei.

Nach dem Orig. in der Urk. Samml. Seiberg zu Wilbenberg.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Henricus dei gratia aduocatus in volmutstene et ejusdem loci maior castellanus uniuersis xpi. fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in eo qui est salus omnium. Rerum gestarum noticia propagatur in posteros et ne processu temporis que gesta sunt euanescant et pereant scripturarum memoriis subarrantur et sigillorum clausuris perpetuantur. Innotescat igitur presentibus et sciant posteri quemadmodum Hermannus de oie aliquando in swelme uillicus cum uxore sua et liberis suis iam natis et adhuc nascituris predium quoddam ex multo tempore desolatum et incultum iuxta voruerche ex nouella plantatione suscitauit et in beneplacito nostro et totius familie curtis in swelmé cum uxore sua et liberis suis de manu scoltheti thiderici de honschede recepit. Tali conditione ut singulis annis in festo martini quicumque tunc uillicus est decem et octo denarios persoluat et sic ab omni inquietatione semper liberrimus existat. Ne quis igitur infidelium in posterum hoc factum infirmare uel in irritum reuocare presumpserit uolentibus nobis semper firmum et illesum consistere presentem paginam sigilli nostri firmitatem decreuimus accipere. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M^o.CC^o.XL^o.V^o. presidente romane sedi papa nostro innocentio et romanum imperium gubernante friderico scismatico et ecclesie coloniensi episcopatum regente conrado. et coram his testibus bertoldo decano in swelme. et uiro religioso de gyuelberc hedenrico. henrico sacerdote de swerthe. Nycholas in dhudenchusen. ludewico per siluam. Godescalcho in delwic. Tidericho in gyuelberc et binis preconibus ywano et roberto. et aliis quampluribus. Datum apud swelme per manum nostram

in loco iudiciali nullis coram astantibus et ipsum factum laudantibus septimo decimo kalendas Julij. 3)

4.

1252 schenkt Graf Gottfried III. v. Arnsberg dem Walburgis Stifte bei Soest, das Eigenthum der Mühle Uhlenborg welche Ritter Paschedach zu Lehn getragen und ihm resignirt hatte.

Nach dem Orig. im Archive des Walburgisklosters.

In nomine domini amen. Godefridus dei gratia Comes Arnesbergensis uniuersis xpi. fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit in domino Salutem. Tenore presentium protestamur Recognoscimus, et notum facimus presentibus ac futuris. quod cum Paschedach miles molendinum quoddam quod Vlenburich dicitur, quod a nobis tenebatur in feodo, cum aquis. pascuis. pratis. Rubetis. agris cullis et incullis et uniuersis attinentijs ipsius. Ecclesie sancte Walburgis extra muros Susatienses, de pleno consensu Elene vxoris sue, ac legitimorum heredum suorum pro certa summa pecunie uendidisset. Idem Paschedach, et predicta vxor ipsius et Rabodo. Otto. Paschedach et Johannes filij eorum. Rabodo quoque miles et herbordus clericus eiusdem Paschedach fratres ac Aleydis predicti Rabodonis vxor et Conradus eorum filius. prefatum molendinum cum suis pertinentijs, bona et spontanea uoluntate in manus nostras publice resignarunt. Nos itaque circa predictam ecclesiam et sanctimoniales ibidem domino famulantes pium gerentes affectum, proprietatem eiusdem molendini et omnium pertinentium ipsius, de permissione vxoris nostre ac heredum nostrorum liberaliter sibi contulimus, pleno iure imperpetuum obtinendam. In cuius uenditionis, Resignationis, et nostre collationis testimonium. Hanc litteram super hijs confectam. Sigilli nostri munimine iussimus Roborari. Petiuimus insuper ad maiorem omnium predictorum euentiam, presenti littere Sigillum

3) Die Urkunde ist auf einer Pergamenthaut, 1 Elle lang und 1/2 Elle breit, in weiten Linien, der Breite nach und schön geschrieben; das Siegel abgeriffen.

opidi Susatiensis apponi. Acta sunt hec Anno gratiæ M^o.CC^o.L^o. Secundo. In Purificatione beate marie. Regnante Serenissimo Romanorum Rege Wilhelmo. Presidente sancte Coloniensis Ecclesie Archiepiscopo Conrado. Presentes erant. Comes Engelbertus de Marca. Conradus Burggravius de Stromberich. Nobiles. Hinricus Decanus Susatiensis. Thidericus Thesaurarius. Hoyo. Magister gerlacus de Kessike. Rubertus semigallus tum vicem gerens prepositi Susatiensis. Hinricus de Colonia. Canonici Susatienses. Magister Hinricus auunculus. Albertus Sacerdos. Clerici. Hunoldus de Odinche. Vdo. Brunstenus Sconekint. Hermannus de Binole. Arnoldus Masse. Aduocatus de Sweue. Milites. Albertus in Osthouen. Gotscalcus fernerinc, tunc Magistri Burgensium susatiensium: Menricus Judex. Hildegerus surdus. Volcquinus lipe. Gerhardus et Gotmarus de Medebeke. Hinricus de lippa. Hermannus de Bekinchusen. Johannes paruus. Ludolfus de Ostinchusen. Thetmarus de Boche. philippus schillinc. Jordanus dictus veruere. Rolf et Radolfus fratres de ouili foro.⁴⁾

5.

1275 März 21. verbündeten sich Bischof Simon von Paderborn, die Grafen v. Arnsberg, Jülich und Mark zu wechselseitiger Hilfe, wenn ihnen Erzbischof Siegfried, die aus dem Treffen von Jülich herrührenden Forderungen, nicht bald berichtigen würde.

Nach dem Orig. im Domarchiv zu Paderborn.

Nos S(imon) dei gratia paderbornensis Episcopus, G(odefridus) et L(udovicus) natus suus de Arnesberg, W(ilhelmus) Juliacensis et E(ngelbertus) de Marcha Comites et S(imon) nobilis de Lippia. Notum facimus Uniuersis hoc scriptum visuris, quod vnusquisque nostrum alteri auscultabit consentiendo, si venerabilis pater et dominus S(ifridus) coloniensis Archiepiscopus infra hinc et festum beati Michaelis proximum nobis omnibus debita soluere intendat et

⁴⁾ An der Urkunde hängt das gewöhnliche Siegel des Grafen Gottfried, Seibert Urk. Buch I Tab. 1 Nr. 5, an grün und roth gethenen Fäden; das der Stadt Soest ist abgefallen.

soluerit, in quibus ratione conflictus apud Zulpick tempore venerabilis domini E(ngelberti) quondam coloniensis Archiepiscopi pactione seu qualicunque modo alio idem nobis tenetur. Idem singuli nostrum, si in amicitia fieri potest, fauorabiliter acceptabunt. Si vero quisquam nostrum solutionem consequi . . . non contingat, aliis solutione gaudentibus extunc nichilominus prout in aliis literis nostris patentibus inter nos super confederatione mutua datis continetur, nos omnes non consequto solutionem assistentes contra dictum dominum S(ifridum) Archiepiscopum Bellum unanimiter inibimus omni expeditione qua possumus, ut nobis debita persoluat et nos nostris gaudere permittat, fideliter constanter et firmiter resistendo. Quod sigillorum nostrorum robore fecimus stabilire. Nos vero S(imon) nobilis predictus sigillo venerabilis domini S(imonis) Paderbornensis Episcopi tutoris nostris predicti spontanee sumus usi. Actum et datum in villa Meninchusen Anno domini M^o. CC^o. LXX^o. V^o. XII Kal. Aprilis.⁵⁾

6.

1277. Oct. 24. verbündet sich Bischof Conrad von Osnabrück mit Erzbischof Siegfried von Köln gegen die Grafen von Jülich Mark und Arnsberg.

Nach dem Orig. im Prob. Archive zu Düsseldorf.

In nomine domini amen. Nos Conradus dei gratia in Episcopum Osnaburgensis Ecclesie electus et confirmatus. Notum esse volumus vniuersis et presencium testimonio publico recognoscimus et profiteamur, quod nos promissimus et promittimus Reverendo Patri ac domino S(ifrido) Coloniensi archiepiscopo et ecclesie Coloniensi quod nos ab hac hora in antea erimus fidus promotor et adiutor ipsius domini archiepiscopi et suorum Successorum contra .. Juliacensem .. de Marka, et .. de arnsberg Comites et eorum adiutores quoscunque et contra omnes homines, qui ipsius domini archiepiscopi et Ecclesie Coloniensis inimici

⁵⁾ Die Siegel sind abgefallen, die Urkunde hat sehr gelitten; sie ist durchlöchert und zum Theile verbleicht.

et aduersarij sunt in presenti vel erunt in futuro. Preterea promisimus et promittimus quod infra quindenam, postquam ab eo seu suo nuncio requisiti fuerimus, veniemus eidem et suis in adiutorium cum Centum armatis et dextrarijs faleratis et in ipsius et suorum permanebimus adiutorio ad suam voluntatem sub periculis et dampnis nostris. Ita tamen quod idem dominus.. archiepiscopus nobis et nostris, cum ad terram suam veniemus et quamdiu ibidem in adiutorio ipsius permansimus, in expensis victualium prouidebit et ex tunc quando et ubi idem dominus.. archiepiscopus requisierit, ex amicis, hominibus et familiaribus nostris in suum et suorum pro possibilitate nostra ducemus auxilium et ei adesse studebimus bona fide ope et opera, consilio et auxilio contra aduersarios suos antedictos et alios quoscunque. Ita quod ei ad vtilitatem et nobis cedere valeat ad honorem. Et ad hec omnia et singula facienda quotienscumque et quodocunque idem dominus.. archiepiscopus vel sui successores requisierint, sine fraude et dolo fideliter adimplenda nos per fidem in manus ipsius domini nostri.. archiepiscopi super hoc corporaliter prestatam et insuper per iuramentum alias super hoc per nos corporaliter exhibitum de nostra spontanea et libera voluntate obligamus et profitemur esse, quamdiu vixerimus obligatos. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillo nostro et sigillo Nobilis viri frederici Comitis de Reilberch fratris nostri fecimus communiri. Datum et actum Colonie IX^o. Kalend. Novembr. anno dni. M^o. CC^o. LXX^o. septimo. ⁶⁾

⁶⁾ Die Urk. ist schön geschrieben; das Siegel des Bischofs Conrad abgefallen, das seines Bruders zerbrochen. — In ähnlicher Art verbündete sich am 17ten Novbr. desselben Jahres Abt Heinrich von Corbey mit Erzbischof Siegfried, ihm in dem vorhabenden Kriege potenter et patenter beizustehen gegen den Landgrafen v. Hessen und gegen die Grafen von Waldeck, Mark und Arnberg. Facomblets Urthub. Buch II. Nr. 708.

Inhalt des ersten Bandes.

I. De institutione Paradysi et humili ingressu sororum, per Hinricum de Osthoven 1252.	S. 1
II. Lewolds von Northoff Chronik der Grafen von der Mark bis zum J. 1391, übersetzt und umgearbeitet von Ulrich Berne, Capellan zu Hamm. 1538.	" 14
III. Historie der Stadt Werl von Hermann Brandis, Bürgermeister und Erbsälzer daselbst. 1673.	" 43
IV. Die Marken des Arnberger Waldes. 1350–1617.	" 96
V. Drangsale des dreißigjährigen Krieges in Westfalen; 1) Marsberg, 2) Arnberg.	" 134
VI. Güterverzeichniß des Klosters Bredegar. 1416	" 146
VII. Jacobi de Susato al. de Sweve Chronicon episcoporum Coloniensium 1420.	" 161
VIII. Jacobi de Susato al. de Sweve Chronologia comitum de Marka. 1390.	" 216
IX. Geschichte der Stadt Rüden von Christoff Brandis, Bürgermeister zu Rüden und Erbsälzer zu Werl. 1650.	" 221
X. Historische Beschreibung der Stadt und Grafschaft Dortmund von Dethmar Nützer und Cornelius Mewe. 1616.	" 218 261
XI. Güterverzeichniß des Stifts Meschede. 1314.	" 381
XII. Drangsale des dreißigjährigen Krieges in Westfalen; 3) Medebach.	" 419
XIII. Lumen majus obfuscans minus, sive nobilissimae urbis Gesecae, inter laudatissimas et antiquissimas districtus Westphalici civitates oppidi celeberrimi, origo, flos et praeclare gesta ab admodum reverendo domino Jodoco Mattenkloidt, ipsius urbis Gesecae quondam concive et canonico regulari in Boedeken, olim annotata et conscripta, nunc vero perfecta et in unum redacta à reverendo patre Jodoco Poetteken, canonico regulari in Boedeken. 1699.	" 429
XIV. Urkunden-Nachlese.	" 473